



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

89. An iudex laicus tempore Carestiæ possit compellere Clericos, vt
vendant frumenta, vel ad aliquid faciendum tempore pestis? Et an possit
Clericos coniugatos adstringere ad suprà dicta? Ex part. 4. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

140. V Tractatus Secundus

do algun Clerigo huuiisse despojado de possessione
algun lego podría el corregidor restituylle en ella
por via de defensa estrajudicial citando generalmen-
te a los intercelados, y así se guarda en el Reyno de
Napoles.] Ita ille, & ante illum Maranta in tract.
part. 4. dist. 11. num. 63.

2. Sed contraria opinionem tenendam esse pu-
to, quam inuenit Paulus. Squillante de privilegiis Cleri-
corum cap. 7. dub. 1. num. 73. Matth. de Aflitiois decisi. 85.
Carolus de Grassis de effectibus Clericorum effect. 1. m. 1035.
quia Clericus, qui spoliari, si est à possessione ei-
ciendus, debet expelli auctoritate iudicis, & sic
tanquam reus, debetque hoc fieri per iudicem Ec-
clesiasticum, qui est competens ipsius Clerici, &
non per iudicem laicum.

RESOL. LXXXVIII.

An seculares Magistratus possint cogere Clericos, et
triticum vendare, si necessitas adsit? Ex part. 1.
tract. 2. Ref. 9. alias. 8.

Supt. hoc in
Ref. seq. Et

9.1. A Ffirmatiū respondent Iurisconsulti, & quod
lege alium cap. 4. num. 9. & Ioannes Salas in tract. de empt. & ven-
dit. dub. 9. num. 2. vbi in fine assertit, quod non oportet
in tali casu recurrere ad Iudices Ecclesiasticos.
Vide etiam Valerium in differentiis utriusque fori, verb.
Clericorum, differ. 3. num. 3.

2. Sed contraria sententiam, amplectendam
esse prorsus iudicio ex cap. non minus, & cap. aduersi-
sus, de immunitate ecclesiast. cap. quanquam de censib. in 6.
& ex Bulla Cœna, can. 12. Idem in tali casu puto re-
currendum esse ad Superiorum Ecclesiasticum, nisi
fames, aut necessitas urgeant, & periculum sit in
mora: nam in tali casu Iudex laicus poterit frumentum
sequestrare, & ab horreis Clericorum extrahere,
& vendere, non vi iurisdictionis, sed ob instantis
periculum de facto iuris. Vnde non est audiendum
Ioan. de Hevia in Curia Philippica, p. 3. §. 3. num. 10. &
Bobadilla in polit. tom. 2. lib. 3. c. 3. n. 13. vbi sic assertit:
[En estas ocasiones hize facar el trigo sobrado, no sólo
de casa de seglares, pero de Canonigos, y Cleri-
cos ricos, y aun de las Iglesias, y de los Obispos, que
lo grangean y venden a precios, y por modos
injustos, como quiera, que pueden los Ecclesiasticos
ser compelidos a vender el trigo, que les sobra,
para la prouision de la Republica]

3. At fallitur hic Author: nam, licet Clerici
ita facientes peccent, iuri naturali contravenientes;
quia tamen ad supradicta tenentur non vi coactiua,
sed directiua; idem per ministros Ecclesiasticos, &
non laicos, ad id faciendum compellendi sunt: quia
seculares nullam potestatem habent in Clericis; ne-
que publica necessitas, seu utilitas iurisdictionem illis praebet: & idem tempore penuria non possunt
per illos compelli vendere frumenta, & alia ad victum
necessaria, & ad non excedendum pretium legale di-
ctatum rerum venalium; sed ad id compellendi sunt
per Iudices Ecclesiasticos, nisi in casu, de quo supra.
Vide Duardum in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 45.
Buletum in disquis. cler. p. 1. tit. 5. §. 2. num. 9. Medium
tract. de sacris Ordinibus, cap. 14. num. 38. & ex nostris.
P. Molfsium in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 5. num. 85.
qui impugnat Salas, vbi saprà, & alios.

RESOL. LXXXIX.

An index laicus tempore carestia possit compellere Cle-

ricos, ut vendant frumenta, vel ad aliquid faciendum
tempore peccis? Hippolyta flegoq mon. cit. ex de.
Et an possit Clericos coniugatos addstringere ad supradic-
ta? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 87.

§. 1. A Ffirmatio respondet Villadiego in polit.
cap. 5. num. 90. vbi sic ait. [En tiempo de
necesidad de pan podra el corregidor tomar el trigo
que sobrare a las Iglesias, monasterios, y Obispados,
y Clerigos, aunque sea contra su voluntad pagando
se a la taza.] Sic ille.

2. Sed ego hanc sententiam reprobau in part. 1.
tract. 2. ref. 8. & nunc iterum reprobo cum Caballo
cent. 1. cas. 9. nun. 10. Antonio de Ropal variar. ref.
luc. cap. 1. de empt. & vendit. num. 91. & Sebas. Guazzino
de defensione reorum tom. 2. defens. 20. c. 9. num. 10.
vbi post multa, sic concludit. In omnem casum
non possunt cogi persona Ecclesiastica ad aliquid
faciendum, vel non faciendum tempore carestia
vel pestis, per iudices laicos, sed per eorum iu-
dices Ecclesiasticos, nec possunt puniri pena con-
minata a laico, sed alia arbitraria. Ita Guazzinus.
Ratio est clara, quia publica necessitas, quando per-
culum non est in mora, non potest dare iurisdictionem
laico super Clericos & Ecclesiasticos, & ita
anno 1606. vt notat Elisaeus Danza in pagina DD.
cap. 3. de qualitate officialium, num. 14. tempore maxi-
ma penuria in Regno Neapolitano iudices laici
obtinuerunt licentiam à Nuntio Summi Pontificis
compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuslan-
dum, & vendendum.

3. Vnde obiter non desinam hic adnotare, ca-
pitaneos, qui mituntur per Regnum à Proregibus
pro reuelatione frumentorum, non posse neque Cleri-
cos coniugatos addringere ad dictam reuelationem
faciendum; sed hoc fieri debet à vicariis foraneis ex
ordine Episcoporum: Vnde apponam hic per exten-
sum epistolam Cardinalis Orofichi Archiepiscopi Pa-
normitani, vbi sic ait. [Magnifico Signores. Habbiamo
vista la vostra risposta alla lettera che si decernio
in questa Corte Arcivescovale, alla quale vi dicemo,
che nostra intentione non è, eximere, è liberare alli
Clerici coniugati di quelle cose che si fanno per bene
della Republica, come è questa del reuelo dellii fru-
menti, ma quando alcuni di questi Clerici no fosse
obediente, voi altri laici no potete constringerli
per essere della Giurisdiccione Ecclesiastica, la quale
pertende à noi conferuarla iuxta la dispositione dei
facti canonici, è son certo che il Signor Don
Francesco de Prado sarà contento che si conferui così
la Giurisdiccione Ecclesiastica in questa terra, come è
conferuata nelle altre terre della nostra diocese, &
così comandai fieri, che si facesse un altera lettera
contra di noi altri più aggrauata. E così mi è parso
hora scriuere al Reverendo mio Vicario Foraneo
dandoci commissione speciale, che possa constringere
ad osservare detto bando à detti Clerici coniugati;
così circa il passato, come per l'auenire no pe-
so per condannarli in la pena che haueranno incor-
si per il passato. Per la qual cosa non mancherete
restituirli li frumenti, che haueste pigliato à detti Cle-
rici; percioche com'ho detto non s'è giudici com-
petenti. N. S. vostre magnifice persone guardi in
suo santo seruitio, di Castronovo il dì 6. di Novem-
bre 1606. Ad ogni ordine vostro.] F. Archiepiscopus
Panormitanus. Atergo, [Al magnifico Signore
Giovannoto Siscar Locotenente di Capitano in
Caccamo.] Hanc epistolam originalē ego vidi, &
legi in libro MS. Regia Monarchia post fol. 1530.
qui conseruatur in Officio Regij Protonotarii, &
vbi etiam inuenies alias scripturas, in quibus
dictus

diatus Archiepiscopus officiales laicos pro hac re excommunicavit; & licet ibi inteniatur litera Vice-regia Iohannis de Vega sub die 17. Septembris, 14. Indictionis, 1555. ubi assertum non solum Clericos coniugatos, sed etiam alios Ecclesiasticos cogi posse ab officialibus laicis in tali casu, tamen hoc est contra libertatem Ecclesiasticam, per ea, quae superius dicta sunt, & communiter assertum DD. Et ideo preter Doctores citatos recte docuit Philibertus Martinhus de bello divino, seu tractat de peste, p. 4. cap. 2. num. 1. & seq. cum Marta de iurisdict. part. 4. contrar. 1. cap. 74. & alios Principes laicos tempore pestis non posse Clericos coercere ad obseruanda eorum bona pro bono publico, & pro tuenda sanitate edita, sed debent Episcopum pro executione praedictorum rogare; & ita declarauit nouissime sacra Cardinalis Congregatio facta verbo cum Sanctissimo sub die 21. Ianuarii 1631. Vnde Episcopi tempore pestis, si recte id iudicent bono publico expedire, vel omnem suam potestatem in Ecclesiasticos quantum ad arcendum ab irbe pestis, & ad conservandam sanitatem pertinet, ipsi magistratui seculari delegate debent; vel Ecclesiastica personam afferentem laicalibus sanitati presidentibus miscent, qui iurisdictionem in Clericos exercebit.

RESOL. XC.

An Ecclesiastici sunt exempti a legibus civilibus, quia non cum libertate Ecclesiastica non pugnam? Et ideo si Clerici vendant fumentum ultra pretium a Republica taxatum, an peccant mortaliter sicut laici, & tenentur ad restitutionem? Et in dicto casu an possit proper transgressionem index laicus eos puniri? Ex part. 1. tr. 2. Ref. 3.

§. 1. Afirmatiuam sententiam mordicus sustinet AM. Antonius Genuensis in praxi, cap. 74. per tot. Sed communis Theologorum & Jurisperitorum sententia contrarium docet; nempe, Clericos, neque iure divino, neque humano esse exemptos aliciis legibus civilibus, quae non sunt contra libertatem Ecclesiasticam: & ideo, si Clerici vendunt fumenta ultra pretium iustè a Republica statutum, & peccant mortaliter, sicut laici, & tenentur ad restitutionem, vt docet Sylvestris ver. lex. q. 15. Saloni tom. 2. in 2. 2. 7. 77. art. 1. contr. 10. Angelus eodem ver. n. 9. Ledesma in summa tom. 2. art. 8. cap. 32. difficult. 4. Molina tom. 2. tract. 1. disp. 3. num. 15. Totus de iust. lib. 1. q. 7. art. 7. contr. 1. & alij, quos citat, & sequitur Salgado tract. de cognit. per viam violentia, in Prolog. n. 30. Peirinus de priuilegi. Minimorum, tom. 1. const. Iulij II. §. 33. n. 151. Et ideo tenentur obedi legibus Principum secularium taxantibus pretia censuum, vt notat Auendasio tract. de cens. Hisp. c. 32. n. 10. Lassarte de decim. vendit. c. 10. n. 3. Mexia in Prag. taxa panis, contr. 3. num. 39. in fine. Salas de empr. & vendit. dub. 9. num. 2. in fin. & alij.

2. Sed difficultas est, an Clerici tenentur dicere legibus dicere: nam affirmatiuè respondent Sotus, Victoria, Medina, & alij, quos citat, & sequitur Salas de legib. disp. 14. sect. 8. n. 94. & 104. Sed contra sententia videtur mihi probabiliot cum Tannero p. 2. disp. 5. 9. 6. dub. 2. num. 3. Vafquez in p. 2. tom. 2. disp. 167. c. 4. Azorio p. 1. lib. 5. c. 12. q. 3. & p. 2. lib. 9. cap. 7. 9. 8. 9. & 15. Pefant. tr. de immun. Eccles. disp. 4. & alij.

3. Dico igitur, Clericos non teneri dicere legibus secularibus; sed ex ratione naturali dictante, seruandas esse leges secularates propter conformita-

tem cum personis secularibus eiusdem Republicæ. Tenentur igitur Clerici seruare leges Principum secularium, non vi coercitiva, sed vi directiva. Ita etiam docet Vigianus tra de imm. Eccles. disp. 2. contr. 5. & Villalobos in summ. tom. 1. tract. 2. dub. 2. 1. n. 1. Por-tel. in dubio regul. ver. lex. n. 2. Filiuclius tom. 2. tract. 35. c. 4. n. 94. Faustus in speculo Confess. disp. 6. q. 44. n. 3. Barbosa in Collel. lib. 1. Decret. tit. 2. c. Eccles. S. Marie, de consil. n. 4. Et ratio nostra sententia est: quia nemo tenetur directe legibus eius, qui in ipsis non habet iurisdictionem, vt docet D. Thornas in p. 2. q. 96. art. 5. & constat ex l. sin. ff. de iurisdict. omnium Iudicium. Sed Principes non habent in Clericos iurisdictionem, vt determinat Innocentius III. in c. Ecclesia Sancta Maria de constit. & cap. placuit. 16. q. 7. Et secularares de foro compet. in 6. Ergo. Et hanc sententiam etiam docuit Cardinals Bellarminus in responsione ad Epistola incert. Antboris pro defensione Venatorum, contra censorum Pauli V. vbi fol. 6. hic assertit: [E. vero, che li Ecclesiastici hanno da osservare quelle leggi civili che non sono contrarie all'Ecclesiastiche, e sono necessarie per il commercio; che hanno li Ecclesiastici con i seculari: tuttavia a questa osservanza delle leggi di Principi seculari sono gli Ecclesiastici obbligati, quanto alla direttione, non quanto alla forza, cioè vi rationis, non vi legis.] Ita ille.

4. Sed notandum est primo, quod etiam stando in prima opinione affirmativa, quod Clerici tenentur directe legibus secularium, non sequitur, quod possit propter transgressionem laicis illos punire, vt bene notat Salas, ut sup. n. 104. in fin. & alij. Secundò, cum Vafquez, loco citato, Iudicem Ecclesiasticum non debere, quamvis possit Clericis violentibus leges ciuiles, eadem penam infligere, qua laicis statuta est, etiam si cum corum statu illa pena non pugnet. Et ratione adducit Salas sect. 10. num. 11. in fine: quia decet cum Clericis mitius agere ob conseruacionem status Ecclesiastici; & ita vlt. seruari videmus, etiam in penis faciatis pro violatione legum naturalium. Ex his omnibus appetat, quod caudè legendus sit Vincentius de Franco p. 2. dec. 9. assertens, Clericos non esse omnino exemptos a legibus civilibus, quatenus spectant ad tranquillitatem Republicæ, vt aduersus illum notauit Marius Antonius lib. 1. resolut. 97. num. 7.

RESOL. XCI.

An Clerici subiiciantur legibus Principum secularium, quo spectant ad Republica gubernationem, & pacem, nec cum sacris Canonibus, & statu Clericorum pugnant?

Et notatur Clericos non peccare mortaliter, si dicatas leges Principum secularium non obseruant, seclusi scandalo. Ex part. 1. tract. 10. Ref. 12.

§. 1. A d hanc questionem responderet Lorca in p. 2. tom. 2. tract. de legib. disp. 25. memb. 4. vbi sic ait: Et dum binum, utrum Clerici obligentur legibus civilibus, sola aquitatem naturali, ratione conformitatis cum aliis hominibus; an ipsa vi, & efficacitate legum in iuri appareat probabilius, obligari secundo modo: quoniam, licet quoad alia exempti sunt, quoad leges non videntur exempti, quaque non solum virtuti directi, vt aliqui opinantur, sed virtuti etiam coacti, subiicitur: quamvis haec coactio, panitia, & executo legum fieri non debeat per Principes secularares, sed per Principes Ecclesiasticos: per eos autem compelli debent ad legum ciuillum obseruationem.] Ita Lorca.

2. Sed

Super hoc vi infra in Ref. 91. §. 1. post & 92. §. 1. Por-medium, & in Ref. 92. §. Quod autem, & in Ref. 94. §. Suppono, & in Ref. 96. §. Sed hæc & in Ref. 98. §. vit. ad me-dium, & in Ref. 99. pau-lo post ini-tium, & in Ref. 214. §. Cum igitur & in tom. 6. tract. 1. legge doctrinali Ref. 5.

Sup. hoc in fra in Ref. 92; & 94. §. Sup-pono, in fin- ne, & in Ref. 96. reci-tanter in fin-ne, & in Ref. 100. §. vlt. & in Ref. 117. §. etiam vlt;

Sup. hoc in Ref. 92. & 94. §. Sup-pono, in fin- ne, & in Ref. 96. reci-tanter in fin-ne, & in Ref. 100. §. vlt. & in Ref. 117. §. etiam vlt;

Sup. hoc in Ref. 92. & 94. §. Sup-pono, in fin- ne, & in Ref. 96. reci-tanter in fin-ne, & in Ref. 100. §. vlt. & in Ref. 117. §. etiam vlt;